

in causa fuit, cur ausu humili illud Emin. V. li-  
tandum iure merito censerem; sive ut tantis pro  
mea exilitate respondereim acceptis favoribus;  
sive, ut novum ambirem, quod nempè sub tantæ  
Protectionis clypeo munitum Opus prodiret nos-  
trum, quo vniuersa adversantiū spicula facile he-  
betaret, vel infringenteret. Notus est Vrbi, & Orbi  
zelus ille, quo Sanctissimus in præsens Papa Sa-  
crorum Dogmatum veritatem in Ecclesia illiba-  
tam iugiter satagit stabilire, vtque adversus neo-  
tericos illius depravatores non desint inter ortho-  
doxos pugiones strenui: Eiusdē spiritus ac zeli, nō  
secus ac clarissime stirpis, Te hæredem, ac emula-  
torem suspicimus gloriosum: cur ergo spem non  
conciperem huic Operi Iubat affuturum? Fius si-  
quidem scopus præcipuus est Antiquæ in Ecclesia  
doctrinæ sensum vniuersali sæculorum plurium  
traditione ad nos vsque delatum, incorruptum  
adversus prurientis Philosophiæ Novatores re-  
centes rueri: hæc certè nostri certaminis causa,  
quæ & Ecclesiæ etiam censerri possit: Quid mi-  
rum in ea Te Minimorum Protectorem Minimus  
Patronum ambire audeat? Habuit olim Roma  
adversarium Annibalem, celebratissimum copia-  
rum Ducem, quem Parenz, adhuc impuberem,  
ante Aras solcinni Sacramento obstrinxisse fer-  
tur,